

- | | |
|--|--|
| <i>Aut in Vicinia velit quis adificare?</i> | <i>An Ordo Pistorius? n. 95.</i> |
| <i>n. 81. seqq.</i> | <i>Per Consuetudinem. n. 96.</i> |
| <i>Respondetur ad contraria. n. 87 seq.</i> | <i>Per Prohibitionem. n. 97.</i> |
| <i>Quid si in fundo publico furnum quis
exstruxerit? n. 90.</i> | <i>Declarantur. n. 92. & 96.} dicta.
n. 98 seqq.</i> |
| <i>Aut viceversa Universitas in fundo
publico. n. 91.</i> | <i>Quibus prohibitio debeat fieri. n. 101.</i> |
| <i>Facultas Naturalis restringi potest
per Statutum. n. 92.</i> | <i>An judicialiter? n. 102.</i> |
| <i>An Statutum hujusmodi valeat? 93.</i> | <i>Per Pactum. n. 103.</i> |
| <i>Quinam potestatem habent con-
dendi talia statuta. n. 94.</i> | <i>Singulare Juris Saxon. n. 104.</i> |
| | <i>An illud extra Saxoniam extenden-
dum. n. 105.</i> |

I Dificare furnum facultatis naturalis est, tum ob
2 L. 5. ff. de J. & J. & L. I. §. II. ff. de Aqva pluv. arc.
V. Dn. Brunnem. Comm. Cod. ad l. 8. de Servit. &
aqv. n. 2. & Besold. Vol. 3. Conf. 135. per rot. Tum
3 quod sine furnis usum panis nequeamus consequi, qui cum
vitæ & Corporis naturale nutrimentum sit, quod concessit
ac permisit Natura, consequens est, ut concessisse quoque
eadem existimanda sit, quibus illud naturale nutrimentum
carere nequit l. 2. ff. de Jurisdic. l. 56. & 62. ff. de Procura-
tor. Concessio quippe ad ea trahitur, sine quibus com-
modè explicari cunctum non quicquid arg. l. 7. §. 13. ff. ad SCtum
5 Macedon. Cravetta Conf. 871. n. 4sq. Ad Conservationem
itaque sui ipsius cum pertineat furnus, quam quovis modo
procurandi quilibet potestatem habet Dn. Zigler. ad Grot.
Lib. I. C. 3. §. 4. verb. bis etiam. add. Pufendorf. de J. N. & G.
6 l. 2. c. 4. §. 1. Sequens Axioma generale formo: Quilibet
in suo Jus furni habet. Cravetta d. I. & Conf. 861. n. 4. Conf.
896. n. 39. Tholosan. Syntagm. Jur. Univ. l. 18. c. 22. n. 8. Bo-
rell. de Magistr. Edict. l. 4. c. 7. n. 33. Etsi autem eadem quo-
que ratio in molendinis militet, ut hinc, ubi eadem est ra-
tio,